Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift

aut quis iste tam potens sit. qui cornu paruum
quem antiochum intpretatur fregerit atq; contri
uerit. Si responderit antiochi principes a iuda ma
chabeo fuisse superatos. docere debet quomodo cum
nubib' celi ueniat. quasi filius hominis. & offeratur
uetusto dierum. & detur ei potestas. & regnũ. & omis
ppli ac trib' seruiant illi. & potestas eius eterna sit.
que nullo fine claudatur. He bestie magne quatuor.
quatuor regna consurgent de terra. Suscipient
aut regnum sci dei altissimi. Quatuor regna de
quib' sup' diximus fuere terrena. Omne enim quod
de terra est reuertitur in terram. sancti aut nequa
quam habebunt terrenum regnum sed celeste.
Cesset g' mille annorũ fabula. Et optinebunt regnũ
usq; in scl'm & scl'm sclorũ. Si hoc de machabeis in
tellegitur. doceat qui ista contendit quomodo reg
num eorum ppetuum sit. Et sermones ctra excelsi
loquitur. siue intpretatus est symachus. sermones
quasi ds loquitur. ut qui dei assumit potentiam.
uerba quoq; diuine sibi uendica maiestatis.
Et sanctos altissimi conteret. & putabit quod possit
mutare tempora & leges. Preliabitur enim antixpc